



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Manus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

ciat testatissimam. Neg. tu illa suppresses si recte diligentiam tuam perpenai, qua ad humani generis utilitatem paucissimis antea cognita referasti. Facit hoc idem Calius noster, qui quotidie aliquid de Musarum penetralibus eruit, & in promiscuum usum exponit, inde perpetuam sibi laudem, & amicis nomen comparaturus. Nosm vero hac qualiacumq; sint, si non utilia, uti vestratia, certe aliqua ex parte spero fore delictabilia. Tu igitur, quod auribus libenter haurire vijus es, oculis nunc & mente perfrueri.

DE MANU. CAP. I.

Quae fuerint super manu hieroglyphica apud Aegyptios significata, quaeq; honos ei habitus ab ejus nationis sacerdotibus, Manarde mi, dicebamus, ea nunc in hunc modum, uti dicta fuerant, repetemus.

OPUS. CAP. II.

In prototypis Artem. lib. 1. c. 44. Plurima manus acceptiones, cum in Dignis, tum in profanis. Artem ibi Manus & cor similia sunt. Manus apud Aegyptios sacerdotis operis in primis hieroglyphicum fuit, eaq; picta, sculptave, hominem aedificationis studiosum significabat: quippe qua in operibus faciendis plurimum iurum, cujusq; beneficio rerum artificia constant, & concepta in animo excogitationum imagines oculis subjiciuntur. Ut vero ait Hippocrates, in unaquaq; arte manus unusquisq; ad opus, quod facere destinarit, accommodat: Naturam enim ut ait Cicero, de dit homini manu multarum artium ministrat, Artemidorus conjector artes ex manu significari ea de causa dicit, quod earum opera artes exercentur. Jam & oblatae in somniis manus si pulchrae formosaeq; sint, felicem rerum agendaum successum indicant, & iis praecipue, qui manibus opus faciunt, ut idem tradit Artemidorus. Et Pandaricum illud Olympiis celebratur Ode 4. χερσὶν δὲ καὶ ἤτοι ἰσὺν, ubi per manus opera, per cor audacia intelligendam interpret Triclinius observat. In sacris quoq; nostrae pietatis libris manus operis hieroglyphicum habetur, eo praesertim loco ubi Deus Moyse mandat, ut Serpentem caudam apprehendat manu Aetionem hic per manum significari tradit Philo siquidem nullo fieri modo potest, ut voluptates, quas per Serpentem significari alio commentario diximus, coerceri, opprimere valeant, nisi prius manus, hoc est, sinceros animi affectus, utpote rectorum operum ministros expediamus, & in omne pietatis ministerium promptissimas habeamus, atque ita demum arreptus intrepide Serpens virga fiat, hoc est, voluptas in disciplinam, quae per virgam figuratur, ut in Caduceo declaratum est, quamprimum habeat, atque ita absolutam veritatis cognitionem partim intelligendo,

patim experiundo, consequatur. Apertius vero manus opus est eo loco: Exodi 14. Et viderunt Aegyptios mortuos super litus maris, & manum magnam, quam exercuerunt Dominus contra eos. Hujusmodi significationem etiam Graeci veteres admiserunt. Nam Lacedaemonii sic invocandos deos exultimabant, ut manum etiam admoveremus, nostram scilicet operam addentes, neque enim eos aliter exaudire. In quam sententiam Salustianus Cato: Non vocis, neque supplicii muliebribus auxilia Deorum parantur, vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt: ubi socordia te & ignavia tradideris, ne quicquam Deos implores: imiti infestis, sunt. Sed ut ad nostra redeamus. Psalm. 78. Deum exquisivi manibus meis nocte conum eo, quamvis apud eos, qui Hebraeos sequuntur, nulla hic de manibus mentio. Verum alii exponunt, manibus id est, bonis operibus, quae tamen nocte, hoc est, occulte, & in Dei tantum conspectu fierint. Nam & Assertor: Nesciat, inquit, lava, quid dextera agat tua. Dum atcollit: Moyse's manus suas, vincitur Amalech. hoc est, ut ut interpretatur Adamantius, opera & actus sustulit ad Deum, non humi jacens, obrepensq; reptilium instar terrae applicitus, sed ad Deum porrectus, inq; caelum surrectus. Quodq; Levitico praecipitur: Manus ejus offerunt hostiam Domino, Theologi per manus opera interpretantur, κατ' ἐξοχὴν vero quamdam, manus Dei pro ipso accipitur Filio, per quem facta omnia ut Eucherius & alii pleriq;, interpretatur illud Esaiæ: Omnia haec manus mea fecit. Sed longe manifestius alibi vates idem clamat: Embricium Domini cui revelatum est. ubi Theologi, ut apud Hesychium est, Filium dubio procul intelligi debere profitentur, Patri scilicet quod dicitur, quod ne cui ambigui relinqueretur, labores ejus pro nobis susceptos statim subjicit, vir extra omnium aleam divinissimus, ait enim: Labores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portavit, ipse autem vincens est propter iniquitates nostras, afflictusq; est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostra super eum, &

Unde illud  
τὴν χεῖρα  
ἐγὼ ἴδον  
ἐν ἁγίοις  
manus ad  
movers.

Matth. c. 6.  
Levit. c. 19.

Cap. 40.  
Cap. 53.

Ibidem.

cap. 40. Cap. 53. Ibidem. Disciplina pacis nostra super eum, &